**Cambyfes**, pen. prod. Medioctris dignitatis Persa fuit, cui Artaxerxes Persarum & Medorum rex, Mandanen filium suum collocavit: ex quo natus est Cyrus, qui postea visito avo, regnum invasit. Cambyfes item alius fuit, Persarum & Medorum rex, Cyni filius, & superioris Cambyfes nepos: qui patris regnum

Aegyptum adiecit: sed offensus illorum superstitionibus, Apud, exeterorumque deorum aedes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, universus interit. Vide Herod. lib. 1. & 2. Est etiam hoc nomine fluvius Hyrcaniae, ortum habens in montibus Caucasus, Septentrione versus per Iberos & Albanos desluens. Autor Plin. lib. 6. cap. 13.

**Camelani**, Italiae populi sunt, qui à Plin. libro 3. cap. 14. in sexta Italiae regione collocantur, Narniensibus, & Nucernis vicini.

**Camelides**, insulae duae sunt, Ioniae adiacentes, non procul à Mileto. Autor Plin. lib. 5. cap. 32.

**Camelocomi**, populi Arabiae Stephan. in Chamaosites.

**Camelene**, Suidae, quod dicitur, Straboni, regio in qua regnavit Camelsis.

**Camercum**, oppidum Galliae Belgicae, in finibus Picardiae. Vulgo *Cambray*.

**Camertinum**, pen. prod. Ptolemaeo, Vulgo *Camertino*, Umbriae urbs praeterea, à curvitate litus ita appellata: quam Livius scribit P. Scipionem in Africam trajecturo, cohortem unam sexcentorum millium prebuisse.

**Camertopis**, Civitas est Indiae, Straboni.

**Camertes** appellati sunt Umbriae populij in montibus Piceo contentis: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. & Strab. lib. 3. Cic. pro Cornel. Balbo: Neque Fulginarium, neque Camertum fore esse exceptum. Rectus singularis est Camerta. Silius lib. 8. Et armis vel castris laudanda Camerta. Adjectivum est. Cic. pro Syll. In agro Camerti, Piceo, vel Gallico.

**Camertinus**, a, um, Cic. pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Appium fortissimum virum, singulari virtute praeditum, civitate donavit, quum Camertinam foedus sanctissimum, atque acerrimum sciret esse.

**Camertium**, Latii oppidum juxta Collatiam apud Plin. libro 3. capite 5.

**Camertes**, sive Camelsis, Italiae indigena fuit, consors Iani qui cum illo bonam Italiae partem Tyberis vicinam possedit, potentia ita participata, ut regio Camertinae, oppidum lanculum vocaretur.

**Camicus**, Vrbs Siciliae, in qua Colacus Diodati filius imperavit. Charax hanc urbem Ioycum vocat, Steph. Vide INYX.

**Camilla**, Regina Volcorum, Metabi & Casiniliae filia, cuius pater Metabus, propter invidiam suorum pullus, Dianae eam vocavit: quum autem iam adolerescit, solis armis studuit: jamque in omni armorum genere instructissima, Turno & Larinae adversus Aeneam in auxilium venit, & post multas res praecclare gestas, ab Aeneate occisa est, ut copiose describit Virg. lib. 11. matrisque vocavit nomine Camilla: mutilata parte Camillam.

**Camillus**, [Ger. Ein berühmter und weislicher Mann zu Rom.] Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suae aetatis clarissimus fuit, qui Vejos toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Nec multo post, quum crumini illi daretur, quod albis equis triumphasset, & praedam iniquè divisisset, die dicta ab Apulejo Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox, cum Galli Senones urbem dissipasset, ipsamque Capitolium arctissima premerent obsidione, absens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intactos, in cautos oppressit. Post haec populum Romanum Vejos migrare volentem, Elegantissima illa, quae apud Livium legitur, concione retinuit: in qua omnes urbis doctores laudatque licet agnoscere. Tertium deinde Dictator creatus, Saticum sociam Pop. Romani urbem, ac impetu Latinorum tutatus est. Quartum Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusavit, aliumque sibi subrogandum curavit. Quintum Dictator Gallos iterum Romanos petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superavit. Postremo Romae octogenarius praesentia interit (ex Livio, & Plutarcho) qui Gallos, qui capta urbe Capitolium obsidebant, Italia expulit, patriamque in libertatem vindicavit. Vitae ejus vide apud Plutarchum.

**Camirus**, Vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio, quae ex Iole Euryti regis filia susceperat: cuius meminit Hom. in Catalogo navium.

**Cammania**, Pars Thesprotiae (quae Cestrinia postea dicta est, ex qua Cadmus fluvius Cestrinus) condita à Cestri- no Heleni Pramide filio: populi Cammanii, Steph.

**Camcenae**, cum ae diphthongo, Musae, Iovis & Memoriae filia, à cantus amoenitate ita dicte. Varro autor est, ab antiquis Carmoenae, & Camcenae dictas fuisse, quae postea abjecto r, vel s, Camcenae appellatae sunt. Alter Festus: Camcenae (inquit) à carminibus sunt dictae, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod sint castae mentis praesides. Virgil. 3. Aeglog. Al- ternis di-

ternis dicitis, amant alterna Camœna. ¶ Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5. tibi nunc hortante Camœna Excubienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

**Campaniã.** [ *Campania*. ] German. Ein fruchtbar Landtschafft Italiã in weidher Neaptes ligt. Regio Italiæ fertilissima, in qua suorum est Liberi patris (ut venisset à Plinio dictum est) & Ceteris cestamen: sic dicta, quod campeltris sit. Iuvenalis: Provida Pompeio dederat Campania febris. A qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliasq; complures.

**Campânus,** a, um, adjectivum, Vrbs Campana. Virgilius 10. Aeneid. Et Capys: hinc nomen Campanæ dicitur urbi. Litur Campanum, Statius 3. Syl. Morbus Campanus. Horat. 1. Sermon. Campanum ob morbum in faciem permulta jocularis. ¶ Campana superbia, dici solet pro intoleranda arrogantia. Cicero in oratione pro Rull. aliusque locis ubi Colonus Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ ait esse collocatos.

**Campi Diomedis,** in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedis cellis in Apuliz divisione.

**Campidonia,** Vrbs German. in Alegoia, Vulgò *Stempen*.

**Campioni,** Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

**Campsiani,** Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni lib. 7. Sunt (inquis) alii Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Sugambri, Chaubi, Buicti, Cimbr, Cæuci, Caulci, Campsiani, ceteriq; complures.

**Campis lapideus.** [ *Campis lapideus*. ] German. Das Steinfeld im Delphinat / dritthalb greser Zentfcher null weigs bielt. Galliz Narbonensis campus est, centum fere stadorum diametrum habens, lapidibus qui singuli manum implent plenissimus: sub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur ubertas. In medio salis scatent aquæ, salis que vis magna. Univerfa circum adiacens orã, ventis exposita est: validissimè autem Melambori venti procelis infestatur: quò saxa ipsa distrahunt & volvi traduntur, hominesque ex curibus excuti, & vi ventorum armis, vestibusque nudari. Hujus rei originem ad hujusmodi referunt fabulam: Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filius pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ discentia vnaisset, Iovem patrem orasse, ut sibi tela administraret, statimque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib. 4.

**Canã,** sive Canæ Straboni lib. 13. promontorium Asiæ, quod contra Lectum confurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaticus. ¶ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canæo. ¶ Cana præterea vicus Galliæ est, & urbs Lycæonia, *Canã*.

**Canace,** *Canace*, Acoli filia fuit, & Macarzi soror: de qua Ovid. scribit in Epistol. 11.

**Canæ,** *Canæ*, Oppidulum Euboicæ vel Locridis, juxta promontoria Lesbi. ¶ Est & Canæ, *Canæ*, mons, & civitas, & flagnum.

**Canthachæ,** ab Ovidio 3. Metamorph. numeratur inter canes Aethiopi: quod nomen *Canthachæ*: hoc est, à clamore & strepitu impositum videtur.

**Canaius,** Amnis Acolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

**Canan.** [ German. Das Neatier land. ] Dicta est Arabia à Cam, qui ea confedita qua Cananæ. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps ejus, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaq; ignorantiam Divinitatis minoribus reliquit.

**Canana.** [ *Canana*. ] Germ. Das Gethat land Canaan. Vng. *Canan fide*. ] Syriæ regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Judæa nuncupatur, inhabitans, à se Cananæam nuncupavit.

**Cananitis,** dis, *Cananitis*, penultima correpta, possessivum est patronymici feminini forma deductum à nomine Canaan, ut Regio Cananitis.

**Canariã,** insula est Atlantici Oceani, ad lævam Mauritaniz, una ex iis, quas veteres ob insignem aëris temperiem, Fortunatas vocavere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex lobæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodiè omnes illæ insule, quas veteres Fortunatas dixerunt, uno nomine *Canariæ* appellantur: quarum nobilissima est Palma, præstantissimo saccharo, quod Canarium vocant, insignis. Vulgus nomen retinuit.

**Canaris,** Africæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plena elephantorum, ferarum, & serpentum: ita dicti, quod canum visus ipsis promiscuus sit. Vide Plinium lib. 4. capite 1.

**Canas,** Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ: Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 17.) L. X. oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima, præter prædictas, Canas, Candyba.

**Canastrum,** *Canastrum*, Promontorium est Macedoniæ, Pallenzæ proximum, in sinu Thermaico Plin. lib. 4. cap. 10.

**Canatha,** *Canatha*, Stephano, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

**Cancer,** Nomen poetæ Tragicæ.

**Cancher,** Arabiæ populi, Cedreis, & Nabathæis finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 11.

**Candace,** ex. [ *Candace*. ] Suidæ. Germ. Ein bethroete Königin der Moen. ] Aethiopiæ regina fuit, tempore Augusti, quæ maximi animi mulier, tantique in suis meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopiæ reginæ, ejus nomine fuerint appellatæ. Strabo lib. 17. Candace per nostra tempora Aethiopiæ imperavit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Plin. lib. 6. cap. 20. Regnare fecerunt Candacem: quod multis jam annis nomen ad Reginas transtulit.

**Candara,** *Candara*, Paphlagoniæ oppidum, tribus schœnis à Gangis distans, & Thariba vico. Gentile est Candarenus. *Candara*.

**Candaria,** Promontorium est in Coos insula. Autor Strabo libro 14.

**Candasa,** Castellum Cariæ, *Candasa*, Steph.

**Candavia,** Mons est in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum vergit, L. XX. M. passuum à Dynhachio distans. Lucanus li. 6. Devia quæ vastos operit Cândia saltus. Plin. Candavias montes, multitudine numero appellat, lib. 3. cap. 13.

**Candaulis,** *Candaulis*, Lydorum rex fuit, qui quum uxorem haberet formosissimam, non contentus, secreta volupratum suarum cõscientia tam Gygi amico nudam ostendit: quo facto sodalem forma Regine captum ex amico hostem fecit, & tanto proposito præmio in necem suam pellexit, uxoremque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

**Candæx,** Vide CANDACE.

**Candebœa,** Palus Phœnicæ, in radicibus Carmeli montis de qua Plin. lib. 16. cap. 26. Pars est (inquit) Syriæ, quæ Phœnicæ dicitur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludè habens, quæ Candebœa nominatur. Ex ea creditur nasci Belus amnis.

**Candæ,** Populi sunt in sinu Arabico, qui, quod serpentibus vescantur, Ophiophagi vocantur. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. Pomponius lib. 3. in descriptione sinus Arabici.

**Candidum,** *Candidum*, Zeugitaniæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorium est. Sunt enim in minore Africa p. montoria, teste Plin. lib. 5. cap. 4. Candidi, circa quod Scipio in Africa proficiscens, copias suas exposuit: mox Apollinis adversum Sardinie & Mercurii adversum Siciliæque in aliis procurrentia, duos effugit sinus, Hipponensem, & Dianthym.

**Candiope,** *Candiope*, Oenopionis filia & Otionis sotor: ut Theodotus asserit) quæ quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit quod quum Oenopion rescivisset, indignatus, filium exulatum abire iussit, qui oraculo edoctus, vestis Orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio delatus, ibiq; ob insignes vires in magno pretio fuit.

**Candyba,** *Candyba*, Stephano, Lyciæ regionis civitas est, ubi laudatur Oenium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

**Cânens,** vrbs, Nympha fuit, Pici Laurentum regis uxor, quæ quum venisset à Circe in avem mutata supra modum legeret, extubavit, & loco cuidam ad ripam Tybens, ubi hæc congerant, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ovid. 14. Metamorph.

**Canæ,** Oppidum Acolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

**Canæ vel Cana,** promontorium Acolidis, olim Aegætes. Vide Stephan.

**Canebium,** *Canebium*, Vrbs Cariæ, Cyon post appellata, Steph.

**Cânidã,** Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam in veneticam, sepè invehitur Horatius.

**Caninius,** Septem horarum Consul fuit, in quem iactura est scomma illud Ciceronis: Mira fuit Caninii Consulis vigilantia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. C. Caninus alter eques Rom. quum in Siciliam oriandi causâ venisset, hostesq; à Pythio argentario viro dolo emisisset, instructos pilibus & piscatoribus de indultia positis, postera die quum ad eosdem ipse amicos invisisset, nullos ibi neque pisces, neque piscatores reperit. Vide Cic. lib. 3. Offic.

**Canius,** Poeta fuit temporibus Martialis, eiq; familiaris: qui natura ita hilaris erat, ut semper tideret. De quo idem Mart. lib. 1. epigram. ad Maximum.

**Canna,** arum, *Canna*, tantum pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucanus libro 7. non illum Pœnus humator Consulis, & Libya succentat lampade Cannæ Compellunt hominum ritus ut servat in hostes.

**Cânensis,** Populi Cannas inhabitantes, Corinthus & Colatinis vicini, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Pugna Cannensis, Propertius lib.

ius lib. 3. Cannensis calamitas, Cicero de clar. Orat.  
 Cannenufares, Populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud  
 Plin. lib. 4. cap. 14.  
 Cannobus & Cannobitæ, Vide CANOPYE.  
 Canopicum, Zeugitanae regionis, quæ propriè Africa, & Mi-  
 nor Africa Plinio dicitur, oppidum est, eodem autore lib. 5. cap.  
 4. Est item Canopicum unum ex Nili ostiis Africae proximè,  
 quo Aegyptus à Libya Marcotica dividitur. Plin. lib. 5. ca. 10.  
 [Germ. Ein ost auf den aufgenax des Nils.]  
 Canopitanum, Oppidum liberum Zeugitanae regionis, sive  
 Africae in aonia Plin. lib. 5. cap. 4.  
 Canopus, penult. prod. [Germ. Suidæ. German. Ein be-  
 rühmte Sten in Aegypten vier gresser Zentfcher mit von Nicandrien  
 getagen.] Civitas Aegypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis,  
 ex qua ortum ferunt Claudianus poemam dixit, quasi Canobus.  
 à Canobo, Amyclæo Menelaï navis gubernatore, ibi se-  
 pulchro. Nam devicta Troja in Aegyptum viventium delatus  
 cum Helena, gubernatorem icu serpentis, quem Hemor-  
 rhoida vocant, amisit, in ejusque memoriam urbem condi-  
 dit, relicti ibi iis, qui ad navigandum inutiles erant. Hæc sa-  
 labris aëris benignitate homines allicit. Juvenal. Satyr. 15.  
 sed luxuria quantum ipse notavi, Barbara famoso non cedit  
 turba Canopo. Virgil. 4. Georg. Nam qua Pellæi gens fortunata  
 Canopi Accolit effuso stagnante flumine Nilum, Vulgò  
 Damia. Est ibi Nili ostiū, quod Canopicū, *κατακτα* vo-  
 cāt, cajas meminit Strab. lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 10. Pom-  
 pon. lib. 1. Ammianus libro 22. Sunt exemplaria quædam, in  
 quibus Canobum & Canobitas legimus. Est præterea Can-  
 opus syderis nomen, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22, in de-  
 scriptione Taprobanae insulae.  
 Canopitæ, pen. prod. Qui Canopum habitant.  
 Canopicus, a, um, possessivum à Canopo. Varro: Nobis Sar-  
 pedæ videtur, quum simus Canopici.  
 Cantabri, penult. corrept. *καταβρι*, Vulgò, *Virgata*, & *Lepucea*.  
 Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à  
 quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi esse-  
 ri sunt, & nullam vitam sine armis esse existant. Silius Ital.  
 libro 3. Cantaber ante omnes hyemis que, æstus que, famisq;  
 Invidus. Et mox: Nec vitam sine Marte patitur ipse: omnis in  
 armis Lucis causa sua est, damnatum vivere paci. Cantab-  
 rorum regio Cantabria, *καταβρι* dicitur. Memoriae proditum  
 est, Cantabros solitos canere præna lætitiæ suffixos  
 cruci ab hostibus.  
 Cantabris, a, um, ut Cantabria gens.  
 Cantabricus, a, um, ut Cantabricum bellum, & Cantabrica  
 herba de qua Plin. lib. 25. cap. 8.  
 Cantanus, *κατανα*, Vrbis Crete Steph.  
 Cantanus, Poeta comicus Atheniensis, cujus feruntur sibu-  
 le nonnullæ posse à Suida.  
 Cantharus, Comicus Atheniensis fuit, cujus scripta memo-  
 rantur à Suida. Est item cantharus celeste signum, in Aquat-  
 rio, ex tribus consistens stellis.  
 Cantharolethros, *καταρολεθρος*, Locus Thraciæ exigua, à  
 canthari exitio dictus, quod ibi ex omni animalium genere  
 solus necetur cantharus.  
 Cantharæ, *καταρα*, Vrbis Libophœnicæ, Steph.  
 Cantharia, *καταρα*, Vrbis juxta Carthaginem.  
 Cantherius, ut auctor est Varro, mons in Sabinia.  
 Canthus, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautica scri-  
 perunt, numeratur inter Argonautas.  
 Cantia Regio ubi civitas est Cantuaria.  
 Cantia celsa, *κατακτα* Prol. lib. 2. cap. 11. Vrbis est Germaniæ  
 ad Albim fluvium quæ Vulgò *Hamburgum*, *Hamburg* in *Sachs-*  
*en* dicitur.  
 Cantium, *κατακτα*, Vulgò *Kant* apud Prol. lib. 2. cap. 3. Britan-  
 niæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & ci-  
 vitas Cantuaria. Vulgò *Canturberi*.  
 Cantuaria, Angliæ Vrbis.  
 Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, ut cō-  
 nobia plebis cū patribus essent communia: & ut alter Con-  
 sul de plebe crearetur. Orationem ejus adversus Consules vi-  
 de apud Liv. lib. 4.  
 Canusium, *κατακτα*, Apuliæ oppidum ad Aufidum fluvium,  
 laudatissimæ lanæ fax, quæ Canusina dicitur, cujus color  
 rutilus. Vulgò *Canessa*.  
 Canyris, *κατακτα*, Vrbis Syrorum magna, Steph.  
 Capæ, *καπα*, Vrbis Helioponti, Steph.  
 Capaneus, per tres syllabas, pen. corr. *καπα* Atgivus fuit,  
 qui unā cum Polynece ad bellum Thebanū profectus, quum  
 scelas muris admoveere veller, à Thebanis lapidibus fuit ob-  
 ruitus. Hinc factus est locus fabulæ: Capaneum, quū deorum  
 cōtempitor esset, à Iove fulmine esse percussum. Vegetius lib. 4.  
 de re militari: Qui scalis (*in pui*) in obsidione urbium utantur,  
 frequenter periculum sustinent, exemplo Capaneia quo pri-

mum scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta  
 mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dica-  
 tur extrinctus. Vnde Ovid. lib. 4. Tristium: Quum cecidit Capa-  
 neus subito temerarius icu.  
 Capaneus, a, um, adjectivum tetrasyllabum, & pen. prod. *καπα*.  
*καπα* - cui, Capanea pinus apud Statium 3. Theb. - capaneaque  
 pinus iam procul Aoniis volat agnoscenda catervis.  
 Capaneus, a, um, aliud adjectivum. Statius 12. Thebaid. - ausa  
 ante alias Capaneia conjunx.  
 Capara, *καπα*, Vrbis est Hispaniæ, in tractu Lusitanæ, apud  
 Ptolemæum lib. 2. cap. 5.  
 Capasite, à Plin. lib. 5. cap. 9. numeratur inter Aegypti præfe-  
 cturas, quas vocant *Nomas*.  
 Capena, penult. prod. Oppidum vicinum Romæ, juxta fon-  
 tem Aegeriæ. Capena porta Romæ, à Capena urbe, quam  
 Italus rex ædificavit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Ap-  
 pia dicta est per quam Capuam itur: ut Frontinus lib. de A-  
 quæ duct. - Dicta est & triumphalis, quod triumphantes per  
 eam potissimum in urbem invchi soleant. Hodie *portam D. Sa-*  
*batiani* vocant.  
 Capenas, atis, penult. prod. Fluvius qui Feroniam præterlabi-  
 tur. Silius lib. 13.  
 Capet, Straboni lib. 12. Fluvius est qui Laodiceam Cariae ur-  
 bem cum Lycæ, & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.  
 Capetus, penultima correpta, Albæ rex fuit, Capys filius, &  
 Tyberini pater.  
 Caphareus, trisyllabū, pen. prod. *καφα*, Eubœæ mons al-  
 tissimus, versus Hellepontū, ad quem Græcorū classis à Trojâ  
 rediens Naupli dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit.  
 Nam quum ab Vlyssæ Palamedes ejus filius proditoris falsò  
 accusatus, iniquo Græcorum judicio esset interceptus, Nau-  
 pliur, ut injuriam sibi necem ulcisceretur, obscura nocte rede-  
 untibus Græcis, ex Caphareo promontorio ignem ostendit  
 unde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.  
 Caphareus, a, um, adjectivum tetrasyllabum, ut, Saxa Capha-  
 rea. Propertius libro 3. Saxa triumphales fregere Capharea  
 puppes, Naufraga quom vasto Græcia tracta salo est.  
 Capharnaum, seu potius Casernaum, *καφα*, totius Gal-  
 liæ metropolis fuit, multis Christi Servatoris miraculis no-  
 bilissima.  
 Capheris, Inter desertæ insulas, quæ inter Chersonesum &  
 Simoethracen sunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.  
 Caphyria, *καφα*, Vrbis Arcadiæ, à Caphy patre Anchisæ, vel à  
 Cepheo. Gentile *καφα*, Caphyates, Steph.  
 Capillæ, Populi inter Alpinas gentes Plin. lib. 3. cap. 20. Ca-  
 pillarum plura genera ad confinium Ligustici maris.  
 Capinna, *καπινα*, in singul. vel plural. Vrbis Tyrænicæ. Gen-  
 tile Capinates, possessivum Capinnatus, Steph.  
 Capillæ, Asiæ populi, Capillam urbem habent, quâ diruit  
 Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 13.  
 Capitallæ, Mons est totius Indiæ altissimus. Plin. lib. 6. cap. 20.  
 Capito Lycius, composuit historiam Istanicam libris octo.  
 Epitomas Livii & Eurippi in Græcum vertit sermonem. Scri-  
 ptor & res Lyciæ & Pamphylia. Volater. lib. 14.  
 Capitollus, M. Manlii fuit cognomen, qui urbe à Gallia ca-  
 pta, assumptis mille juvenibus, arcem Capitolinam ab hostibus  
 injuria defendit: unde & nomen invenit. Hic quum postea in  
 suspitionem affectati regni venisset, ab ea ipsa rupe Capitoli-  
 na, quam servaverat, præcipitatus est. Fuit etiam Historici  
 cognomen, qui Cæsarem vitas conscripserit.  
 Capitollum, *καπιτο*, alii *καπιτο*. Germ. Ein Tempel  
 lovo mit sampt einer Dese zu Dierh. auff dem Berg so heist *Sanct*  
*Maria ara coli*. Templum erat Iovis in clivo Tarpeio, dictum à  
 capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Antè  
 enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ  
 ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit.  
 Capitulum, Italiæ Vrbis prope Bovillas & Calatias.  
 Capnobator, penult. corr. *καπα*, Mysia populi dicti sunt,  
 quasi fumi cōsenses, quod tranquillam agant vitam, solis  
 sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. lib. 7.  
 Capote, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem orti credi-  
 derunt. Plin. lib. 5. cap. 24.  
 Cappadocia, *καπαδοκία*, *καπαδοκία*. [Pon-  
 tica regio est, ut scribit Solinus, quæ Ixvo latere utraq; Ar-  
 menias, Comagenensq; tangens, dextrò plurimis Asiæ populis  
 circumfusa ad Tauri jugâ & Solis ortus attollitur. Euphra-  
 tes eam ab Armenia majore dividit. Appianus minoris Arme-  
 niæ partem: Ptolemæus veteriorem Armeniam esse scribit.  
 [Germ. Ein landtschaft in mideren Asia, soßend an Armeniam.]  
 Dicitur Cappadocia à Cappadocæ amne, antè Leucosyria vo-  
 cata. Vnde Cappadoces Leucosyrii. Hinc Cappadox, eis,  
 pen. corr. *καπαδοκ*, pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan. lib.  
 2. Cappadoces mea signa timent Pers. - nec sit præstanti or al-  
 ter Cappadocas rigida pingues clausisse catalla.

Cappadoc.

**Cappadocia**, a, um, possessivum. Mart. lib. 10: Nec de Cappadocia eques catalis.

**Cappadocia**, a, um, apud Apul.

**Cappagum**, Hispanie oppidum est in Bætica provincia, Gaditani conventus. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Capriatâ**, insula in mari Tusco seu Ligustico capris abundans, quam Græci *Argylon* dicunt. Plinius libro 3. cap. 6. *Vulgo insula de capris.*

**Caprasia**, apud Plinium libro 3. capite 18: Vnum est ex ostiis Padis fluvii.

**Capriatâ**, *capriatâ*, à *capris* Stephano, insula ultra Surrentum Campaniæ urbem circiter octo milia passuum, teste Plinio, lib. 3. cap. 6. Tiberii arce nobilis, & abundans coturnicū multitudinem, quæ ex Italia volantes, illic principio autumnis capiuntur.

**Capria**, Lacus est apud Strabonem in descriptione Pamphyliz libro 14.

**Caprine**, *caprina*, insula Italiæ. Dicuntur & *Capria*. Capriata erat Siculus poeta *capriatâ* id est, natus in hac insula.

**Caprotinam** lunonem veteres dixerūt, quod illi Nonis Caprotinis sub arbore caprifisco sacra fierent ab ancillis simul & liberis. Nam post urbem captam, quum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Republ. finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperii aucupati, præfecerūt sibi Posthumium Livium Fidenatium Dictatorem: qui feciale ad Senatum missum postulavit, ut si vellent reliquias sue urbis non deleri, matresfamilias & virgines omnes sibi dederentur. Quum quæ patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malūt) Tutela, assumptis ceteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginumque habitu sumpto, nomine dominarū ad hostes transiit, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Livio in castris distributæ essent, hostes plurimo viro provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obviatis, ex caprifisco dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaque populus Romanus accepti ab ancillis beneficii, omnes iussit manumitti, dotemque eis ex publico assignavit: diemque ipsum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifisco, ex qua signum accepterat: sacrificiumque annuum lunoni Caprotinæ sub caprifisco instituit: cui etiam lac, ex caprifisco ad rei memoriam adhibebatur.

**Caprullon**, Provincia est prope montem Atho, Pomponio Melæ lib. 1.

**Capri**, *capri*, Urbis Chalcidicæ regionis juxta Pellinem, Thermano sinui vicina. Steph.

**Capritani**, Populi sunt Zeugitanae regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 3. cap. 4.

**Capriâ**, *capriâ* Stephano, *Capriâ*, Totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulcanus annis interstitit: à camporū latitudine, in quibus sita est, ita dicta, ut inquit Cic. Livius à Capry Samnitium dace dictam existimat. Alii à falcone, sub cujus augurio condita est, qui præca Thuscorum lingua *Capry* dicebatur. Virgilius à Capry Aeneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quod esset xii. urbium capuchoc est, ipsa duodecima reliquis undecim præcelleret, dictam existimat. Quidam à capacitate, quod omnem vitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab urbe, cui nomē campus esset: vel à camporum planitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chelone COS. exadificatam eam tradit. Suet. ætate in Cæsare Dictatore, cap. 21. urbs hujus originē & nomenclaturam ad Capryn conditorē referunt, cuius sepulchro aenei tabulam inventam tradit, quæ Cæsari necem denuntiabat.

**Capry**, *capry*, Nomen Trojani cuiusdam, qui Capuam ædificavit. Virg. lib. 10. Aen. Et Caprys, hinc nomē Campaniæ ducitur urbi. Hujus meminerūt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poetæ in lib. 12. qui cum maiestate Homeri videtur quasi contendere. Fuit item Caprys, filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ovid. in Fallis: Trois est generatus ab illo: Assaracum creat hic, Assaracusque Capryn. & Caprys item Sylvius, Albanorum rex, & Capeti pater.

**Carabis**, *carabis*, Fluvius est apud Seras, Scythiæ populor, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

**Caracra**, Oppidum esse in Hispania creditur, quod hodie vulgò *Guadalaira* dicitur.

**Caralitanum**, & **Caralitanis**, (quæ huc perperam ingesta erant) vide **CALARITANVM**, & **CALARITANI**.

**Carambis**, *carambis*, *Campo pifilla*, Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem portectum, arcticinæ frontis habens formam, quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ objectum peninsulæ, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

**Carambucis**, Fluvius est Scythiæ ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

**Carana**, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: ut scribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

**Caranitis**, Præfectura est Armeniæ majoris. Plin. lib. 5. cap. 24.

**Caranus**, Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iust. lib. 7. Eius etiā meminit Solinus cap. 12. quæ est item Caranus Aradorum portus in Phœnicæ prope Palium urbem. Vide Strab. lib. 16.

**Caraseni**, Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Carastasci**, Plin. lib. 6. cap. 7. Populi sunt circa Marotin.

**Caraxus**, quod hætenus hic vitiosè scriptum, ita alieno loco collocatum fuit. Vide **CHARAXVS**.

**Carbâ**, Vide **CARRAS**.

**Carbana**, *carbana*, Urbis Lyciæ est, apud Stephanum.

**Carbania**, Pomponio Melæ lib. 2. commemoratur inter parvas insulas Tyrthæni maris, Italiæ adjacentes.

**Carbileti**, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

**Carbilus**, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Hujus autem patronus Carbilus, cognomēto Ruga, primus Romæ uxorem, quod dicitur esse, repudiavit, præfinito ante juramento, se uxorem liberorum causa querere. Autor Gellius.

**Carbo**, *carbo*, Prænomen Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu iussu Pompeii, quod Mariæ partes sequeretur, dum alvum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. Fuit & C. Carbo hujus frater summus Orator, cuius meminit Cicero in Bruto, quod voluntaria morte se à iudicium severitate vindicavit, & Fuit & alius Carbo, hujus filius, quem Cicero Oratorem non satis acutum fuisse ait: verborum tamen gravitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis auctoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis civilibus solentem ad disciplinam revocare conabatur.

**Carbulo**, Autor Plin. lib. 3. cap. 3: Oppidum est Bæticæ prope Cordubam.

**Carcasès**, Populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Aëria, Bormannico, Macina, & Cabello. Autor Plin. lib. 3. cap. 4.

**Carcasum**, à Plin. lib. 3. cap. 4. vocatur oppidum Gallia Narbonensis, quod hodie *Carcassonam* vocant.

**Carchiæcerta**, Armeniæ majoris Urbis Tigri proxima, ut autor est Plin. lib. 6. cap. 11.

**Carchedon**, pen. pro d. *Carthage*. Ger. Die gematig Stan Carthago in Africa. A Græcis appellata est urbs Africa totius olim potentissima, infestissimaque Romani imperii amula. Vnde Carthaginienses ipsi ab iisdem Carchedoni, *carchedoni*, appellatur. Hinc etiam Plautus Comœdiam suam Pæzulum Carchedonium nominavit. & Carbunculos quoque Carthaginiæ Plinius autor est lib. 3. cap. 7. ab hujus urbis opulentiæ Carchedonios fuisse vocatos, non quod circa Carthagem invenirentur, sed quod à Pœnis negotiatoribus Romæ afferrentur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgatiores fama est, conditam fuisse à Didone. De hac multa Eustathius in Dionysium.

**Carchesia**, insula una Cycladum, aliâs Amargus, Steph.

**Carcina**, *carcina*, Civitas est Scythiæ Europæ, à qua sinus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomp. lib. 2. ubi & Carcinites amnis, eam civitatem præterfluens, ut autor est Ptol. lib. 3. cap. 5.

**Cardamyla**, *cardamyla*, Urbis fuit Peloponnesi propinqua Pylo, sub dominio Agamemnonis: una earum quæ reconciliationis ergo Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homer. lib. 9. Iliad.

**Cardamylestus**, *cardamylestus*, Vicus quidam Steph.

**Cardax**, *cardax*, Saltatio obscæna & Comica, inquit Budæus.

**Cardia**, sive **Cardinea**, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. Vide **CARNA**.

**Cardinæ**, *cardinæ*, Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præcellere dicebatur.

**Carduchi**, *carduchi* Stephano, Parthorum populi, ad Tigrim fluvium: quorum meminit Strab. lib. 16.

**Cardytus**, *cardytus*, Urbis magna Syrorum, Steph.

**Carene**, *carene*, Urbis Mysiæ, Steph.

**Carenenses**, Hispaniæ Tarracensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

**Carentani**, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 12. locati, prope Frentanos.

**Cares**, pro statuarii nomine, Vide **CHARES**.

**Cares**, numero plurali, *carer*, Populi Caræ, qui sub Minos leges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asia minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius orge rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit Cic. in Orat. pro L. Flacco: *Vestis, inquit, Asia, ut opinor, cõstat ex Phrygiâ, Mysiâ, Caria, Lydiâ. Vitum igitur nostrum est, an vestram hoc vetus proverbium: Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum?* & Hujus itaque populi mores proverbis aliquot fecere locum: ut,

comit. Cum Care caritas. *καρὴν καὶ φιλίαν*: Hoc est, rustice agis cum rustico, barbare loqueris cum barbaro, crasse cum crasso. In Care periculum, *ἐν κερῶν κινδύνος*, subaudi facito. Hoc est, in homine aut re virore fac periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesseris, non multum sit dispendii faciendum.

**Cariæ**, *Καρία*, Vulgò *Caria*. Germ. Ein Landschaft des Nindereu Asien wird hat Lange genant. Regio minoris Asiae inter Lyciam & Ioniâ. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clauditur Occiditè Icario, & Myrtoo pelago: à Meridie Rhodiâ: ab Ortù Lyciâ, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria concludit, omnem oram Rhodiâ ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicitur Caria à Cara rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Hujus populi Caræ, *καρῶν* dicti, de quibus vide supra. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, *καὶ καὶ κερῶν κερῶν ἀπώλετο*, Multi duces deperdidit Cariam. Admonet Ienacius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli pareatur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.

**Cariæ**, a, um, pen. corr. *καρῶν*, Quod est ex Carianæ Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebæicæ ve, Caricæ ve. Caricus hircus, *καρῶν κερῶν*. Diogenianus indicat dicituram de vilibus & contemptis. Plato *καρῶν κερῶν*, Caricum homuncionem, dixit pro vili, nihilique. Sic More Carico, *καρῶν κερῶν*, fieri dicebatur quod fordidè, incompositè que fiebat, præsertim in rebus obscenis. Carica musa *καρῶν κερῶν*, Delugubri aut rustica, atque indocta seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poetam aut oratorem indotum, & Caricum sepulchrum, *καρῶν κερῶν*. De re magnifica, sumptuosaque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

**Cariæ**, *καρῶν*, Fluvius est Troadis, Homer. 12. Iliad. celebratus: cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse vestigia, libro 5. capite 30.

**Carethia**, Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

**Caricon**, *καρῶν*, Locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Caræ habitant, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Autor Steph.

**Carillæ**, arum, Picentium oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit hujus oppidi Silius libro 11. exhaustæ mox Pæno Matte Carillæ.

**Carinæ**, arum, Nomè vicin Romani ad pedem clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Virgil. 8. Aeneid. passimque amota videbant Romanosq; foro, & lauris mugire Carinis. Vatro Carinæ dici putat ab eo, quod hinc oriretur caput sacrae viæ, *καρῶν*, Latine caput dicitur.

**Carini**, Germaniæ populi. Plin. libro 4. cap. 14, forsitan *καρῶν* hodie *Virttembergensi*.

**Cariovelites**, Gallia Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 18.

**Caris**, olim vocabatur Cos insula, *καρῶν*, Steph.

**Carisa**, Cognomine Aurelia, civitas est Hispaniæ, ad Bæticum fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Carius**, *καρῶν*, Nomen filii Jovis & Torrhæbie, qui circa Torrhæbiam lacum oberans, Nympharum cantum dicitur audivisse, & ab eis Musicam didicisse, eamque apud Lydos propagasse. Quapropter divinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine ejus appellatus est. Autor Steph.

**Carmaçæ**, Asiae populi circa Mæotim. Autor Plinius libro 6. capite 7.

**Carmania**, *Καρμανία*, Vulgò *Narvinga*. Germ. Ein Landschaft des Nindereu Asien wird hat Narvinga genant. Regio est Indis contemina, quam duplicem esse Ptolemæus tradit: eulam alteram, alterâ desertam. Hujus regionis incolæ Carmani dicitur, Ichthyophagi cognominati, quod solis piscibus vescantur, quorum etiam coriis vestiuntur. Pomp. lib. 3. Carmani sine veste, & sine pecore, ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti.

**Carmelus**, penult. prod. & unico l. *Καρμῆλος*. *καρμῆλος*. duorum montium nomè, teste Hieronymo, quorum alter est in Galilea, ad Australè plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus maritus Abigai: alter Phœnicæ, juxta Ptolemaidè m. n. imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluviam impetravit. Posterioris hujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 19: Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

**Carmentis**, *Καρμῆντις*, & Carmentis, Evandri mater, ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim sacra mulier) quom propriè Nicolstrata vocaretur. Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quod per eam sex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egressi, adversus Hetruscos ad amnem Cremeram omnes interfecisti.

sint. Virg. 8. Aeneid. Et Carmentalem Romano nomine potant. Ovid. 2. Fast.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano, Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet. Illa fama refert Fabios exisse trecentos: Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

**Carmina**, *καρμῆντις*, Insula Indicæ, insulares Carmini & Carmini, Stephan.

**Carmoni**, *καρμῶν*, Est locus in Messenia, & templum Apollini in Laconia, & in Achata flumen, & mons in Peloponneso.

**Carnea**, *καρμῆντις*, live Cardinea, Dea quæ vitalibus humanis seu cardinibus præesse existimabatur. Ovid. libro 6. Fastor. Prima dies tibi Carnea datur: dea cardinis hæc est. Hæc striges nocturnas, puerorum (ut dicebant) cunas infestantes, à lumine summovebat.

**Carmana**, *καρμῆντις*, Vrbs Minorum: & populi juxta mare rubrum cives Carnanarum. Sinius Caraniam & Carnanitæ gentis nimum jusurpar. Steph.

**Carnapæ**, Populi sunt circa Mæotim. Plinius libro sexto, capite septimo.

**Carne**, *καρμῆντις*, Phœnicæ oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20. Est item Carne Stephano, Acolidia civitas: à qua fit gentis Caranus, à superiori verò Carnites.

**Carnedæ**, *καρμῆντις*, Cyrenæus novæ Academiæ princeps fuit, qui adversus Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturæ, cerebrum helleboro candido purgavit, ne quid ex corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam, vigoremque mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, ut quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddidit legationem suspectam: qui identidem Senatû monuit, ut ab illorum eloquentia caveret: quæ quicquid vellent etiam ab invitis possent extorquere. Autor est Gell. lib. 16. Idè etiam penè dicit Quintil. lib. 12. cap. 1. Fuit & alter Carnædes, Philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cuius meminit Suidas.

**Carni**, *καρμῆντις*, Germani Dis Renter. Populi sunt Istri finitimi, ab ea parte quæ Alpes Iulæ Aquilæ incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergestû fluvium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriaticum influit.

**Carnodunum**, *καρμῶν*, Oppidum est Vindelicæ, ad Danubium, teste Procl. lib. 2. cap. 13.

**Carnorum**, Regio est totius Gallie mediæ, *καρμῶν*, Druidum sedes, de quibus in dictione DAVIDES.

**Carnus**, *καρμῶν*, Vide Carne. Est enî insula Acarnaniæ. Steph. Carnunti, Populi Germani inter Danubium & sylvam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. Superiora inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannonicam hybernâ Carnunti tenent, Germanorumque ibi confinium est.

**Carnuntum**, Oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium saltum Plin. lib. ult. Abest centum M. passuum à Carnunto litus Pannoniæ, quod à Germania succinum importatur.

**Carnutes**, live Carnuti, *καρμῶν*, Gallia Lugdunensis populi, Andegavensibus, & Turonensibus finitimi: apud quos Druides suas habebant sedes, teste Casare libro 6. comment. Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua *Charres* appellant.

**Carodunum**, Vide CARNODUNVM.

**Carœa**, *καρῶν*, Vide CARIA.

**Carolobergomum**, Vrbs Bavaricæ, Vulgò *Karlsberg*.

**Carolistadium**, Franconiæ Vrbs, Vulgò *Carolstadt*.

**Caronium**, *καρῶν*, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, in tractu Callaicorum, non procul à Nerio promontorio. Autor Ptolem. lib. 1. cap. 6. Vulgò *Cherga*.

**Caropolis**, *καρῶν*, Vrbs Cariz, Steph.

**Caros Cepi**, *καρῶν κερῶν*, est, Catis horti, patra regio Thraciæ, Stephan.

**Carpasium**, Cypri insulæ oppidum est, apud Plin. libro 5. capite 31. Stephanus Carpasiam, *καρμῶν*, vocat, & à Pygmalione conditam asserit. Carbasiam etiam nonnulli appellant insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ notiore nomine *Carpasus* appellatur. Demetrius Salaminius Carbasiam maluit appellare, quod ad ventum *καρμῶν*: hoc est, Afritum, sita videatur.

